

adducor, ut credam, hunc etiam *Codicem* in *Bobemia* scriptum fuisse.

XX.VIII. *F. 2.*

458 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 501. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, picturatisque Librorum initiis visendus Sacra continet *Biblia V. et N. T.* excepto *Psalterio*. Versio vulgata est, Prologis *Hieronymianis* instructa, notatis minio per marginem partibus, quae certis diebus in Ecclesia legi solent. In *V. T.* nulli Libri *Samuelis*, sed *IV. Regum. L. I. Esdrae c. 3. v. 1.* defunt haec: *Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis.* Et *c. 4. v. 5.* haec: *et usque ad regnum Darii regis Persarum.* Adest

*Expleto libro referamus gratiam christo.
Jacobus scriba Primordia Scripsit. Et yma.*

Fol. ult. p. 2. ab alia manu sequitur lingua rudi gallica *Rhythmus*

*Je te salue maria
En qui dieu son filz maria
Al humaine fragilite
Dieux quel mariaige cya*

Inter alia mentio fit *Theophili* dicti

*Jadi par toy fu visite
Theophile et aquite
Maulgre celuj qui lennia.*

Nolo praeterire hujus olim *Codicis* Possessores. *Fol. 1.* praevio legitur: *Istum librum emit frater iohannes de amali ab aurilianen. epi-*

Liber III. Esdrae, ad cujus calcem *fol. 195. p. 2.* incertum quo errore adscripta est *Prophetia Zachariae* a *C. XI. v. 6.* et *Malachiae* integra, ita tamen, ut *v. 12. 13. 14.* e *C. III.* evulsi finem *C. IV.* feu *ultimi* constituent. Monetur tamen Lector post absolutos *fol. 346. p. 2.* *Prophetas* hac rubrica: *Quod hic tibi deest lector tu supra require. post esdram scriptum reperies totum. L. II. Machab. C. 12. v. ult.* legitur: *Sancta ergo et salubris est cogitatio &c.* In *N. T. Actus Apostolorum* inter *Epistolas Paulinas* et *VII. Canonicas* intercedunt. Testimonium duplex *I. Job. c. 5.* a prima manu absque ulla lima habetur praecedente terrestri, in quo *το hij.* In fine accedit nota illa *Vocum Hebr. et Graec.* Expositio, cui subjungitur:

ad *B. V. Mariam* versuum 72. hujus initii:

*Pour ce riche mot maria
Limon est joint a deite
Immortel a mortalite
Tout ce fist cherite &c.*

Poenitentis:

scopo in concillio bassillien. cum esset orator domini regis castelle, antequam esset ibidem consecratus episcopus. Non irveni Johannem hunc
in

in *Ind. Gen. Personarum* Editioni Concil. *Labbeanae* praemisso. *Johannem Amalin* inter *Scriptt. Ord. Min.* excitat *Waddingus* Ministrum Provinciae *Aquit. Scotique* Operum redactorem; nil tamen de ejus vel aetate vel Episcopatu meminit. Episcopus *Aurelianensis* est *Johannes VI. a S. Michaele Scotus*, admissus ad Concilium 22. Maji a. 1433.

Fol. 2. praevio haec habentur: *Illustr. d. meus d. Leonellus estensis donavit michi hanc bibliam in festo natalis d. nostri yhesu cristi 1440. quam nomine suo portavit carolus nuuolonus. Ja. episcopus reginus. Anno itaque ante initum a Leonello Ducatum Mutinensem. Jacobus Ant. a Turre a. 1439. factus Episcopus Regii Lepidi ad sedem Mutinens. translatus est a. 1444.*

XXI. VIII. A. 38

42 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 390. f. max. per duas columnas probe scriptus, literis initialibus picturatis et auro fulgidis exhibet *Sacrorum Bibliorum V. T.* ex versione Hieronymiana Libros sequentes: *Pentateuchum*, *Josue*, *Judicum*, *Ruth*, *IV. Regum*, *II. Paralipomenon*, *II. Esdrae*, *Tobiae*, *Judith*, *Esther*, *Proverbiorum*, *Ecclesiasticis*, *Sapientiae*, *Canticorum*, *Ecclesiastici*, *Psalmodum*, quibus adnexa sunt Cantica: *Confitebor tibi Domine. Ego dixi in dimidio. Exultavit cor meum. Cantemus Domino. Domine audivi auditionem. Audite Coe-*

*li. Benedicite omnia opera. Te Deum laudamus. Benedictus Dominus Deus. Magnificat anima mea. Nunc dimittis. Symbolum dictum Athanasii. Hieronymi Praefationes ubique praemittuntur. Nullae Capitum inscriptiones, sed divisiones Textus arbitrariae. Genes. III. v. 15. legitur: Ipsa conteret &c. Liber Esdrae II. hanc praefert rubricam: Verba neomie filij elchie. Proverb. XXIX. versus ultimi particula: Verbum custodiens filius extra perditionem erit, desideratur, et post initium Cap. seq. Verba congregantis filii vomentis, interjicitur minio: huc usque parabole salomonis quas transtulerunt viri ezechie regis iude. Scriptoris inscitiam testatur fol. 322. epigrapha Canticorum: Incipit Cantica Canticarum quod grece dicitur Syrafsyrim. Fol. 341. Ecclesiastico adfuta est Oratio salomonis paululum immutata ab ea, quae Reg. III. c. 8. et Paralip. II. c. 6. legitur. Codex hic in *Lelongii Bibliotheca sacra* non comparet.*

XXII. VI. A. 12

Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 229. f. max. eleganter scriptus, et literis Librorum initialibus auro coloribusque decoratis quasdam sacrorum *Bibliorum* Partes V. T. complectitur e vulgata interpretatione, minus tamen diligenter a Calligrafo exaratas, ita, ut hinc inde quaedam a currente manu in marginibus suppleri debuerint. Praemittitur *Epistola nota Hieronymi ad Paulinum;*